

ROMANI COLLEGII
SOCIETATUS JESU
M U S Æ U M
CELEBERRIMUM,

Cujus magnum Antiquariæ rei , sta-
tuarum imaginum, picturarumque partem

Ex Legato

ALPHONSI DONINI , S.P.Q.R.

A Secretis, munificâ Liberalitate relictum.

P. ATHANASIUS KIRCHERUS Soc. JESU,
novis & raris inventis locupletatum , compluriumque Princi-
pum curiosis donatiis magno terum apparatu instruxit :

*Innumeris insuper rebus ditatum, ad plurimorum, maximè
exterorum , curiositatibusque doctrinæ avidarum inflantiam urgenterque preceps
novo compluribusque machinis , cum peregrinis ex Indiis allatis
rebus publicæ luci votisque exposuit*

GEORGIUS de SEPIBUS Valeans,

Authoris in Machinis coccinandi Executor.



AMSTELODAMI,

Ex Officina JANSSONIO-WAESBERGIANA.
ANNO CLO IEC LXXVIII. Cas Tridibij.

Cap. VI. Rhinocerotis Cornua. Inter peregrina & exotica animantia, quæ mira-
Rhinocer-
Cornua.



bilium fecunda parens natura producere solet, est hoc deforme monstri genus. Animal est grande, durissimo & solidissimo corio, cœu thorace ferreo à natura loricatum. Corporis mole Elephanto non impar, à qua tamen non nihil deficit, eo quod breviores habeat pedes. Caput habet ad modum fūm in rostro acutius, & utique ad frontem productius, grossissimi ac robustissimi colli; os repandum, inter naras ei excrescit cornu rotundum, & robustissimum, parumper versus frontem incurvatum, ferrugineum nigrorem habens; caudam more Boum ejusque forme gestat. Nonnulli porro *Rhinocerotes* duobus cornibus instructi sunt. Majori inter naras, minori verò supra naras, feritate, dolo, & fortitudine cor-

poris molem æquat, adeo ut nulli bel-*Pars II.*
juarum cedar. Tempore *Domitiani* scep-
tis in arenam produciti fuerunt, sem-
perque vii luctandi dexteritate ceteris
prævalere; adeò ut *Elephantes* sterne-
re, *Leopardos* exanimare, *Leones* in-
terimere, *Tauros* conficere, *Ursos* ex-
tenuare, aliaque ferocioris naturæ ani-
malia erucare, & vincere compertum
fit. Unde *Martialis lib. Spectac. Epi-*
gr. 22. canit.

*Sollicitant pavid dum Rhinocerota
Magistri,
Seque diu magne colligit ira feræ,
Desperabantur promissa prælia Martis
Sed tamen is redit, qui fuit ante furor.
Namque gravem gemino cornu sic extulit
Ursum,
Festat ut impositas Taurus in astra
pilas.*

Habet *Museum* tria *Rhinocerotus*
Cornua, duo minora bipalmaria in lon-
gitudine, & septem unciatum in calcis
radice, diametro, unde in conum ex-
crescentia, leviter incurvata in acu-
men gracilescunt. Tertium verò cornu
ceteris subtilius est, cum in calce
semipalmarem solum expletat dia-
metrum, indeque ultra tres palmos in a-
cumen decrescit prioribus acutius.



*Hippo-
potamus.*

Hippopotamus, seu *Equis matinus*.
Animal est quadrupes, & amphibia,
quod licet inter aquas degat,
tamen inter terrestria quoque referre
libuit amplibia. Refert de illo *Odoar-*

dus Barbo, quod saepius visus fit à *La-*
sitanis Nautis in *Insula Cefuda*, ad pascua
exire, & in pratis in morem pecudis
recenti gramine vesci: deprehensum
saepius & circumventum in prædam
venisse,